durarer, neq; per proceſſum de cæna Domini derogaretur. Excepit tamen aliquos caſus à quibus non voluit predictos prelatos fratres ſuos abſoluere, ſicut ſi fuiſſent Hæretici relapſi, ſciſmatici, falſificatores literarum Papæ. l. ſi ad infideles prohibita detuliſſent, vel ſi in Pontificem conſpiraſſent. A reliquis omnibus de cæna Domini, conceſsit dictis prælatis poteſtatē, abſoluēdi fratres ſuos. Immo fratres etiam hoſpites ſui ordinis, vndecunq; ad ſuas prouincias vel conuentus declinare contigerit. Et ꝙ predicti prælati poſsint abſolui à ſupradictis caſibus, ſicut poſſunt ſui fratres. Magiſter à Veracruce & frater Emanuel To. 1. qq. regul. & canon. q. 20. art. 1.

¶ Non ſolum ſupradicti prelati poſſunt abſoluere ſicut dictum eſt, ſed etiam eorum vices tenentes poſſunt & valent abſoluere fratres ſuos vel hoſpites, ſicut Generalis Prouincialis, Priores, conuentuales, & Guardiani. Ego vidi & legi hanc conceſsionem ibi ſupra in marimagno conceſ. 546. fo. 236. & in Compendio verbo, abſolutio ordinaria quo ad fratres, nu. 7. Et Magiſter a Veracruce in Cōpendio Indico verbo abſolutio. 1 concl. 2. Quem ſequitur fr. Emanuel. q. 20. ar. 3. 4.

Guar